

Of möchi non scribant anales auctor q̄ritur

Excessiva vana monachorum ignorantia

Sine historia fides euariare

Delst oppidū hollandie captū

nachorum id causante: aut nihil aut parum deducere possumus ad noticiam posteritatis: quia et supra memoriam eorum qui hodie viuunt acta sunt: et a nullo hris ut oportuerat emendata. Nam postquam amor et studium hris a monachis defecere cepit vnacum disciplina obseruancie regularis: mirandum non est: si nec monasteriorum suorum condicione pro tempore sepius uariatas: nec successiones actus suorum hris mandauerint abbatum: cum ex his qui hodie viuunt sub reformationis burssfeldine titulo nec vnum quidem inuenire potuerimus de omnibus qui veterum exemplo animatus. uel scribere nouam uel continuare dudum inchoatam proprii sui monastij chronitam ad informationem posteritatis aut uelit aut possit. Proh pudor. Dicere de multis abbatibus qui scilicet obseruanciam regularis uite cum suis monachis profitentur qui historie utilitatem ignorant quid nobis opponat appellor. Aut enim. Quid nobis scire conducere potest fundationis monasteriorum morum antiquitas. quid abbatum uel successiones ut gesta reducere ad memoriam conseruet: qui in puluere mortis dormiunt: nec ullis laudibus demulcentur. Quam sepulti ignaui homines uiui quorum perdit memoria cum somitu. quoniam sitis asinum ac rudis ingenij palam ostendit: qui bonum contemnit historiae quod a se sui non potestis. Historia uiuis tam presentibus quam futuris conseruet non mortuis: vos ergo si uiueretis intellectu historiae utique amaretis. Neque enim si tollatur historia. euangelij sacrosancti memoria neque martyria et passiones sanctorum ad manum suam deuenissent. Valeant ergo uiui homines ignorantia sepulti: et sibi uiuant solis ignauia sua contenti. nulli utiles. nullique in bonis actonibus uel studiis imitabiles. Nos autem in praesentiam.

Circa haec tempora Albertus dux bauariae comesque hollandie felandie hamomeque ac frisie dominus obsedit oppidum hollandie delst nomenatum propter inobedientiam et rebellionem tuuum quo capto multos et portas usque ad solum euertit. Castrum quoque heemskyrck funditus destruxit.

*Anno hirsugien
M. ccc. lxx. d.
pro quibusdam
tam die quida
in hirsugien
torem et pro
de quibus tam
dationes tam
Quis suorum
Hirsugien ob
Valentes aut
non posse res
imperatori
romitatis eu
pendentes
Principium
de spmte
temporibus
feruente
coralium
burgi agri
mendis
Anno hirsugien
in hirsugien
sub castelli
theloneo
tus de hirsugien
gratiam p
Hie quod
esset dux
tempore h
eruditus
regni lau
donationem*